

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10**

**Gamans, Johannes**

**St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758**

Cap. XIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Imp. Hatzpurgius ex Bezelini neptibus Annam Hohen- 71.  
bergicam et rursus ex nepotibus Bezelini Caroli I. Ba-  
densis neptem Apothonis Catharinam Austriacam, Fride-  
rici IV. Caesaris sororem, matrimonio sibi iungens id esse-  
cerunt, ut progeniti et salibus connubiis austriaci san-  
guinem Badensem, et Badenses Austriacum participa-  
rent, ac ne temporis quidem diuturnitate, totq; saculo-  
rum interlapsu a se invicem longius divellerentur.

De cetero non ita male feriatus sum, ut Rathpotina  
lines Principum vel Successionem probare adductis testibus  
vel elogia pangere mihi collibeat, qui a tam multis, tamq;  
praclaris Scriptoribus id praestitum scio, sed omisiss deinceps  
illis Badensium duntaxat et Stockbergionum, capitim  
quoq; Zerlinganorum res prosequar.

### Cap. XIII.

#### De Berchtoldo I. Zerlingia Auctore.

Nolo ea repetere, quae Cap. 4. dixi: Semel testimonium  
deposuisse sufficit. Hic etiam non produco testes novos,  
sed illos, quos tunc audisti, vetustiores et ideo fortasse  
gratiores.

Vyspergensis Abbas in Chron. ad an. 1057. Otto de Schwin-  
furte Dux Suevorum IV. Cal. Oct. obiit, et Rudolphus de  
Minsfelden, qui postea Rex esse contendit, Ducatum acce-  
pit, quod magnum fuit semen earum, quibus regnum  
perturbabatur, comotionum; eundem namq; Ducatum, vi-  
vente adhuc Ottone Duce Henricus Imp. Bertholdo Comiti  
qui post Carinthiorum accepit Ducatum: // promiserat, eiq;  
annulum suum velut huius rei comonitorium dederat:

quem ille diligenter servans post amborum obitum, Imperatoris scilicet et Ducis, Imperatricis Agneti, imperium tum disponenti obtulit, eamque annulum agnoscentem, pro Ducatu sibi promisso comonuit, sed quia praedictus Rudolphus mox post Imperatoris obitum filiam ejus uxorem duxit, eundem Ducatum illi causa filiae Imperatricis dedit: quod animum Bertholdi non parum comovit. Pro qua comotione lenienda Ducatus Carinthiorum ei committitur, quem postea filio suo aequivoco ipsius rogatu Rex Henricus comisit; sed postmodum quorundam instinctu eundem Ducatum Luitolpho consanguineo suo dedit: Siquis, Batrem et natum parvipendens offendit, unde quasi renovata priore injuria cum Bertholdus Dux permoveretur, omnia consiliorum machinamenta, quibus satis pollebat, ad hoc vertebat, ab utroque, id est, Rege et Rudolpho se ulciferetur, ab hoc filium, quoniam a Ducatu promisso se supplantavit; ab illo alio, quia se accepto privavit. Multae interim causae, quae tunc inconsulte gerebantur, sibi concurrebant, et huic machinationi occasione praebant. Otto Dux Boioariorum dejicitur; Conradus genere Suevus a militibus Regis interficitur, et, quasi a Rege jupum fit, ipsi crimen indicitur. Conspirat igitur Otto in Saxonia, Bertholdus in Aetia; Sunt motus et conventus utrobique, in quibus odia in Regem suscitantur.

Bertholdus Constantiensis Scriptor coaevus in Chronico ad an. 1073. Rudolphus Dux Aemaniae, et Bertholfus Dux Carinthiorum et Welphi Dux Boioariae

a Rege Henrico discesserunt, qui aliis subintrantibus consiliariis suum consilium apud Regem non valere perspexerunt; Turingi et Saxones eodem anno ab eo recesserunt.

Idem Auctor ad an. 1077. Principes Regni generali colloquio apud Forheim III. Id. Martij habito, egregium Ducem sibi <sup>in</sup> Regem sublimarunt, quem VII. Cal. Apr. ubi eo anno medium quadragesima occurrit, coronarunt.

Annales Hieremi Deipara matris in Helvetia ad eund. annum 1077. cum Henricus IV. contra fidem datam Romanum Pontificem subito oppressisset, et ob felices successus pro complures in suam partem traxisset in Italia Germanique, major tamen meliorque pars, quorum facile Princeps Sigfridus Moguntiacensis, Berchtoldus Turingensis, Otto Saxonia, Rudolphus Alemannicus Duces, <sup>Mur</sup> Burgensis et Mediomatric. Episcopi: nova hac illius perfidia exstimulati comitibus Forchemij factis, Rudolphum Alemannico Ducem contra Henricum Rom. Regem renunciant et Maguntiaci XII. April. per Sigfridum coronandum curarunt, approbante et ad obediendum ei tanquam legitimo Regi omnes Proceres adhortante Pontifice.

Anno eodem multa, tota Helvetia, Elsatia, Alemannia, Franconia, bella, caedes, vastitates, incendia, fortissimis per ea tempora pro Rudolpho Rege Sectaribus Bertholdo Turingensi et Guelfone Bavaria Duce.

Plura digna omnino lectu de hoc Berchtoldo invenies apud Guillimanum, qui cum passim extet, ad eum te remitto; De morte ejusdem sic ille: cum prosperitate <sup>are</sup> capta Henrici animadverteret, adeoque prater Saxoniam Rudolpho satis tutum nihil aut fidele, ita animo et valetudine Berchtoldus defecit, ut paucos intra dies mente

74. alienata Limburgi occiderit: castrum est Brisiacum: /  
año Dom. 1078. magno partis, quam fortiter defenderat,  
detrimento.

Berchtoldus Constantiensis ad an. 1078. Eodem etiam  
tempore ex parte Rudolphi Bertholdus Carinthiorum  
Dux pia memoria, et Henricus Marchio, obiit in pace.

Fragmentum historiarum incerti Auctoris, qui circa  
an. 1250. scripsit, Chronico Alberti Argentinensis profi-  
xum apud Urstisium hæc habet: Anno Dñi M.C.XX.VIII.  
Bertholdus Dux Carinthiorum, qui et Zeringer, vir ca-  
tholicus, obiit; sepultus est cum Richwara Carinthia, pri-  
ma conjuge in Hirsprungio Monasterio, quod multo, ut scri-  
bit Trithemius, beneficium affererat, ac locupletarat.  
Annum, quo Richwara obiit, nondum comperi. Dies in  
Necrologio Monast. S. Petri annotatur his verbis: Idy  
Maij Richwara mater fundatoris nostri. Altera ejus  
Uxor Beatrix dicitur Ludovici comitis filia.

#### Cap. XIV.

De Berchtoldo II. Berchtoldi I. filio, Zer-  
ingie et Alemannie Duce.

Berchtoldi II. meminit antiquus Chronographus preced.  
cap. citat. ab Urstisio editus ad an. 1078. Rudolpho Rege,  
inquieto, in Saxoniam reverso Henricus de regense colle-  
ctis viribus Alemanniam præda, ferro et igne circa festi-  
vitatem OO. SS. devastavit, terram videl. Catholicorum  
Ducum Bertholdi atque Welfonis, ac aliorum S. Petri  
fidelium, penitus dissipare aggressus est: Tunc quoque